

B



Bonifacius eps servus servorum dei. Dilecto filio nobili viro Landulpho de Columpna. Cui Romanam ecclesiam et apostolicam benedixit. **U**
 nica et confusio Columpnenfium schismaticorum et ecclesie Romanae rebellium eo celerius et facilius executioni mandetur quo ad id plurimum
 unum prodeum viro fuerit ministerium deputatum. Nos de tue nobilitatis industria plenarie confidentes volumus et presentium
 tibi auctoritate committimus ut una cum nobili viro .. Capitaneo militum Castellae Dyacie adversus schismaticos et rebelles predictos
 ac adhaerentes et fautores eorum ad captiones Castellarum Terrarum locorum et bonorum ac etiam personarum ipsorum destructionem quoque
 et devastacionem domorum vinearum et arborum eorum et alias in omnibus et per omnia que in hac parte ad honorem
 et exaltacionem ecclesie Romanae videris expedire procedas milititer et potenter et nomine nostro et eiusdem ecclesie Castellarum Terrarum
 loca et personas ipsorum que capi contigerit custodias et carceres seu custodia et conservari facias et procures ad nostrum
 beneplacitum disponenda. Dat. apud Viterbiam 4 Nonas Septembris Pontificatus nostri Anno Tertio.



Handwritten signature or scribble at the bottom center of the page.